Drzewca Coniugum vel eorum posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exhunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Juri parere, respondere, rigorem Statuti luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit hoc tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vero, infirmitate pro maiori minorennitate successorum Legatione citra vel extra Regnum servitio militari, ad monimenta ad eiicitorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quinarationem [illegible] proximos Officii Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per omnis simplicibus vel triplicatis cuassionibus suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello, Conventione ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eludendo. Hac sua praesenti personali recognitione praemissa omnia mediante.

Dzierzkow Coniugum Aduittas

1641 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Generosi Prandota de Skrzynno Dzierzek ab una, et Sophia de Drzewca primarum olim Generosi Stanislai de Grochowce Grochowski, secundarum vero ad praesens nuptiarum eiusdem Generosi Dzierzek Consors legitima parte ab altera Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terrestribus Castrensibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Com-

petentibus

petentibus recedendo. Praesenti vero Casnensi Capitaneali Premy slensi Iurisdictioni quo ad actum hunc se[se] ea cum suis personibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, eiq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem consors eiusdem mariti sui viri Tutoris coniugalis personaliter assidente Ulmoneo, ad infrascripta recognoscenda consensu, sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum, mobilium et immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, summarumq[ue] pecuniariarum quarumvis, necnon auri argenti, clenodiorum, unionum, margaritarum, vestium, vestimentorum, tumstanni, aeris, cupri, oricalci, pecorum, gregum equorum, equiree, ac pro his supellectilis domesticae in quacunq[ue] forma et materia existen[tium] nunc habit[orum] et in post habend[orum], mutuam adultitatem et usumfructum, ad extrema vitae utriusq[ue] eorum tempora, tantummodo et non ultra inscripserunt, commiserunt et assignaverunt, prout inscribunt, concedunt et assignant praesen[ti]. tali videlicet modo et conditione: Quod si prius praefatum Gnosum Pardotam Drzewca maritum, quam ipsam Gnosam Sophiam de Drzewca consortem ipsius mori et de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Gnosa Sophia de Drzewca consors. Ma bona suprascripta omnia et summas pecun[iarias] morte praedicti mariti sui derelicta, cum omni eorundem Iure, Dominio et proprietate, competentiaq[ue] et prorogativa quavis, omnibusq[ue] et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus, tenebit habebit et possidebit, illisq[ue] quiete et pacifice usufruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero praefatae Gnosae consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti mariti sui derelictae ad successores praenominati mariti sui, sine quovis impedimento

et contradictione

0540

et contradictione successionem scilicet Consortis suae totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoque si prius praefatam Dominam Sophiam de Drzewica Consortem suam quam ipsum Dominum Pranclotam Drzewski Maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda cum omni Iure, Dominio et proprietate, tenebit, habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice, ad extrema duntaxat vitae suae tempora usufruetur. Post mortem vero et de hac Luce decessum eiusdem mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradictione successionem mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Starzechowski et Morski mutuo Intercisam Recognoscunt

1041 Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Dominus Nicolaus de Starzechowice Starzechowski ab una et Stanislaus Morski parte ab altera tum mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando deque subijciendo palam, libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis, se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibusque Intercisam certam inter se Recognoscendam ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actis

et dam